

Gostinensi capitaneo, Stanislao de Olesnicza decano, Ioanne Vilamowski cantore, Samuelo Maczieiowski canonico Cracouiensi secretariis nostris, Martino Volski tribuno Cracouiensi curiae thesaurario et cubiculi nostri praefecto ac Zacrociensi et Blonensi capitaneo, Augustino Cothwicz vexillifero curiae et stabuli nostri praefecto, Hieronimo Staskowski coquinae nostrae magistro et aliis quamplurimis dignitariis, officialibus et aulicis nostris, sincere et fidelibus nobis dilectis. Datum per manus praefati reverendi in Christo patris domini Ioannis Choienski episcopi Cracouiensi, regni nostri cancellarii sincere nobis dilecti. Relatio eiusdem reverendis etc.

**II. ^aDECRETA ET^b CONSTITUTIONES PUBLICAE
IN CONVENTU GENERALI PIOTRKOUIENSI^c PRO FESTO SANCTORUM TRIUM REGUM,
[6 I] ^dANNI DOMINI 1538^d CONSILIARIORUM REGNI
ET NUNTIORUM TERRARUM MUTUO CONSENSU FACTAE^a**

^eSigismundus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. dominus et heres^e. Manifestum facimus, tenore praesentium, quibus expedit, universis et singulis, tam^f praesentibus quam futuris, harum notitiam habituris. Cum ita^g regni, reique publicae rationibus postulantibus, vitari non potuerit, quin aliqua fierent contra leges constitutionesque regni, quas publicae utilitatis causa institutas, parere publicae utilitati, atque ad novos casus temporum novorum, consiliorum rationes accommodari, non iniquum videbatur, perspeximus eam rem nobilitati regni nostri molestam accidisse, quod vereretur, si saepius esset e legibus istis et constitutionibus discessum, ne quis postea nostri dissimilis oriretur, qui non ex regni, reique publicae commodo, sed ex libidine sua cuncta facere in animum induceret, quae non tam licita, quam animo suo essent collibita, legesque et constitutiones patrias, arbitrio suo sibi mutandi violandique, hoc exemplo potestatem datam existimaret. Quae quidem res, cum universae nobilitati regni nostri, usque adeo molesta esse coepisset, ut per nuntios suos quos ad comitia quae Piotrkouiae^hⁱ per nos habita sunt, miserat^j supplex a nobis contenderet, si quid contra leges factum videri posset, nobis ad regni gubernacula sedentibus, non id quidem ut irritum esse vellemus, sed provideremus et caveremus litteris et constitutionibus nostris, nunquam nos, nostrosque successores Poloniae reges, deinceps quidquam facturos, quod regni legibus, constitutionibusque adversaretur. Nos qui ne antea quidem, nisi gravissimis adducti rationibus fieri quicquam^k passi sumus, quod cum regni constitutionibus pugnare videretur, fecimus non inviti, ut precibus eiusdem nobilitatis regni nostri, quae non visae sunt ab aequitate abhorrese, locum daremus. Itaque his litteris^k et constitutionibus nostris cavemus et pollicemur, nunquam nos, nostrosque successores, fieri quicquam^l passuros, in quo regni leges, constitutionesque violatae, videri possent, atque articulos hoc infrascriptos, sanctae, inviolataeque observatueros.

[1]. De teloneis pontalibus, aggeribus etc.

Quoniam magnis et frequentibus querelis subditorum nostrorum obruimur, ob multiplicitia gravamina, quae teloneorum quorumcunque praefecti aut exactores, subditis nostris, etiam his qui militaris ordinis sunt, inferre noscuntur, ideo ad coercendam eorum licentiam, facilemque cuilibet iustitiae^m administrationem assequendam, statutimus, ut quaecunque privilegia posteriora Ludovici regis privilegio, universae nobilitati dato, privatis personis, vel civitatibus super teloneis pontalibus vel aggeribus concessa essent, contra publicam nobilium libertatem in praesenti conventu per nos cassarentur, etⁿ anihilarentur verum^o ne quis in ea privilegiorum abrogatione praeter aequum et iustum gravari se praetendere valeat, visum est, ut collatis privilegiis, melius appareat, qualiter aliquo privilegio, publicae libertati derogetur, prius illa dispiceremus, quod

^{a-a} W MK₂ tytuł brzmi: Constitutiones conuentus Piotrkowiensis anni M^oD^oXXXVIII^o. ^b Brak w VL. ^c Petricoviensi VL.

^{d-d} A[nn]i D[omini] millesimi quingentesimi trigesimi octavi VL. ^{e-e} Sigismundus Dei Gratia etc. MK₂. ^f Brak w VL.

^g Brak w VL. ^h Petricoviae VL. ⁱ⁻ⁱ habita sunt, miserat per nos VL. ^j quitquam MK₂. ^k Brak w VL. ^l quidquam VL.

^m Brak w MK₂. ⁿ Brak w VL. ^o caeterum VL.

etiam in praesenti conventu magna ex parte fecimus, atque ea privilegia, quae videbantur publicae libertati adversari, abrogavimus; alia vero, quae ad commodum et necessitatem ^ppublicam transeuntium^p, concessa sunt, in robore relinquimus. Simile iudicium de reliquis omnibus huiusmodi privilegiis, in proximo futuro conventu sumus facturi et^q per edictum publicum proclamari mandabimus, ut omnes in eo ipso conventu, cum huiusmodi privilegiis suis peremptoriae compareant, alioquin privilegiorum suorum usum perpetuo amissuri. Neque deinceps ullus in huiusmodi teloneis percipiendis, privilegiis suis uti debet, aut poterit sub ammissione bonorum, nisi qui litteras nostras in praesenti vel futuro conventu ea de re obtinuerit. Quia vero ab omnibus teloneis pontalibus et aggeralibus, aliisque huiusmodi exactionibus certae personae et ordines regni nostri, publicis et antiquis privilegiis exempti esse noscuntur, decernimus ut praelati, barones et nobiles, ac eorum subditi, cum rebus quibuscumque suis, proprii laboris, ulro citroque per regnum commeantes, dispositioni^r privilegiorum, super exactionibus praefatis concessionum, non subiaceant, sed perpetuis temporibus a solutionibus quibusvis huiusmodi sint liberi et immunes.

Statuimus insuper et decernimus ut deinceps futuris temporibus, teloneatores nostri omnes, sint nobiles, possessionati, saeculares et christiani. Exceptis locis istis, in quibus capitanei et praefecti arcium et civitatum nostrarum, habent in cura et possessione sua telonea nostra, nam ipsi pro teloneatoribus haberet et reputari debent. Quicunque autem ex teloneatoribus contra libertatem nobilitatis aliquem nobilem aut eius subditum, exactione telonei foralis, pontalis, aggeralis seu cuiusvis excogitatae exactionis indebita oneraverit, et aliquid ab eo per se, vel per alium exegerit seu extorserit, pro tali iniuria, citari peremptorie poterit ubilibet, pro arbitrio eius, qui iniuriam passus fuerit, ut vel ad terrestre, vel ad capitaneale illius loci iudicium, sive ubicunque locorum, talis teloneator, sive in curia nostra regali repertus, et citatione curiae citatus fuerit, tum ibidem, sine quavis exceptione respondere tenebitur, tanquam pro articulo officii, qui terram et districtum non habet, et quem convictus fuerit teloneator, in aliquo iudiciorum predictorum, iniuriam fecisse, in exigendo aliquo teloneo forali, pontali, aggerali etc. primum omnium restituere debet illud quod exegerit, deinde ei, a quo citatus fuerit, in poena quattuordecim marcarum pecuniae, et trium iudicio seu officio condemnari debet.

In his vero iudiciis, nobili citato debet expurgatio, ita videlicet, ut teloneator nobilis iuxta quantitatem summae et damni praestet corporale iuramentum, quod nihil exigit nec per se, nec per quempiam alium, quod esset contra privilegium et libertatem publicam.

Is etiam modus repetendi a teloneatoribus indebita exigentibus, in aquaticis et pontium teloneis praesidentibus, tam in regno quam generaliter omnium terrarum et palatinatum, Regno Poloniae subiectorum, servari debet.

Similiter et de capitaneo loci, qui in debita exactione ^s-aliquem oneraverit^s, hoc quod supra^t scriptum est, erit observandum.

Quoniam autem contingit in plerisque locis et fluminibus, pontes extrui, ubi prius transitus non admodum difficilis fuit et nunc quoque pateat, decernimus, ut liberum sit unicuique fluvium, aut locum quem *brod* vulgariter appellant, transire, si volet^u declinare pontem. Quo casu cogi non debet, neque poterit ad solutionem pontalis. Nemo tamen debet huiusmodi transitus seu *brody*, atque transeuntes, modis quibuscumque et ingenii impedit aut destruere, sub poenis suprascriptis.

Quodsi praefectus seu exactor alicuius telonei pontalis, aggeralis, foralium aut cuiuscumque praestationis in bonis dominorum spiritualium, saecularium aut nobilem, quorumcunque a quoconque contra libertatem publicam aliquid exegerit et extorserit, eo casu dominus ipsius tenebitur coram iudicio seu officio praefato, huiusmodi exactorem etiam apud ipsum non arrestatum statuere et cavere debet, quod ipse teloneator seu exactor iuri parebit, et iure convictus satisfaciet parti modo praemisso. Ubi vero huiusmodi teloneator seu exactor convictus seu condemnatur, damnum et poenas praefatas solvere non posset, tunc actori damnum passo per dominum, in manus ibidem ^v-instanti tradi^v debet. Quodsi dominus teloneatorem seu exactorem suum coram iudicio vel officio suo modo praemisso citatus non statuerit, tum in instanti ipse

^p^p transeuntium publicam *MK*₂. ^q Ad quem *MK*₂. ^r dispensationi *VL*. ^s^s aliquid contravenerit *VL*. ^t contra *VL*. ^u vult *VL*. ^{v-v} tradi instanti *MK*₂; in instanti tradi *VL*.

respondere et victus iure parti satisfacere, sine quibusvis exceptionibus et appellationibus tenebitur.

Item in arbitrio et libertate actoris erit, vel exactori plebeo citato, expurgationem admittere, vel ipsi soli, iuxta quantitatem summae, super damno illato probationem facere.

Probatio vero seu expurgatio tali modo fieri debet, quod teloneator nobilis iuret iuxta quantitatem summae, plebeus vero et ignobilis pro summa decem marcarum metsecundus, pro maiori autem summa metseptimus iurare debet, quod videlicet nihil ab actore contra libertatem publicam exegit et extorsit.

Civitatum etiam et oppidorum incolae, ubilibet in regno constituti, eidem legi subiacebunt, quod videlicet modo suprascripto, ad praefata iudicia seu officia citati, eadem modo iuri parere et respondere ac condemnati satisfacere tenebuntur, et ipsi cives praefati proconsul, scilicet cum consulibus, suos teloneatores seu exactores coram praefatis iudiciis et officiis similiter statuere debebunt et tenebuntur. In defectu vero statutionis soli respondebunt, et iure victi, parti satisfacent, ut supra de aliis constitutum est. Neque poterint ipsi cives a praefatis iudiciis seu officiis se excipere seu eximere, aut ad ius suum civile vel ad quocunque aliud revocare, vigore privilegiorum suorum, iurium, consuetudinum aut libertatum eis concessarum, quibus omnibus in hac parte duntaxat derogatur, quod in hac causa quae mere ad officium seu iudicium regale pertinet, privilegia in contrarium disponentia, merito illis suffragari non debeant.

Ad coercendam vero licentiosam foralium exactionem statutum olim serenissimi Ioannis Alberti¹ folio CIV^w in robore conservandum decernimus, quo cautum est, quod ad kmethonibus, pecora et pecudes, res quoque alias privatas cuiuslibet generis, domestica cura comparatas ducentibus vendentibusque aut pro usu domestico ementibus, nulla telonea foralia exigi debent, non obstante statuto nostro de rebus mechanicis disponente, quod quo ad haec^x servari non debet.

Quia frequenter accidit, damna in bonis a transeuntibus inferri et pro illis transeuntes nonnunquam plus ^y-aequo gravari^y, statuimus, ut hi qui in possessionibus suis damnum se recepisse praetenderint, ab aliquo eorum qui publico itinere pecora, pecudesque egerint, vel cum curribus et equis iter fecerint, damnum ^z-huiusmodi sibi^z illatum cum ministeriali terrestri et duobus nobilibus illud conspiciat et testetur. In defectu vero nobilium vel ministerialis, cum quattuor vel ad minus duobus plebeis iuratis villaे illius seu vicinae, et quod illi ministerialis, nobiles vel plebei iurati pro damno dandum decreverint exigat^{aa}. Pro qua exactione si in iudicium citatus^{ab} fuerit, ille qui eo modo ut suprascriptum est, damnum se accepisse, protestatus fuerit iuramento ^{ac}-suo proprio^{ac} iuxta recognitionem illorum, qui damnum conspexerint actorem evadet^{ad}.

[2]. De redemptione bonorum regalium.

Quoniam circa redemptionem bonorum nostrorum regalium evenire solet quod tenutarii de quorum manibus bona redimuntur, gravamina et difficultates perferre coguntur. Ad quae amovenda statuimus, ut in redemptione bonorum nostrorum regalium, sive ea^a pro mensa nostra sive per quempiam alium de consensu nostro redimantur, non servetur deinceps arrestatio pecuniarum homini possessionato. Similiter et impossessionato, fideiussores pro se statuenti. Sed si quispiam subditorum nostrorum ex illis bonis redemptis, se iniuriam aut damnum ab eo qui exemptus est, accepisse praetendant, pro tali iniuria seu damno iure terrestri cum eo experiatur. Deinde ut ad migrandum quod *rumowanie*^{af} vocant, quilibet de cuius manibus sive^{ag} per nos, aut alium quempiam bona nostra redimuntur^{ah}, tempus sex septimanarum liberum habeat, quo tempore licere debet exempto, omnes et singulas res et bona quaecunque mobilia propria evehere, expellere et exportare. Praeterea huiusmodi bonorum redemptio fieri debet in districtu proprio, quando per alium, quam per nos redimuntur, et terminus citationis pro redimendis bonis, sive per

^w folio 269 *VL*.

^x hoc *VL*. ^{y-y} gravari aequo *MK₂*.

^{z-z} sibi huiusmodi *MK₂*. ^{aa} exigant *VL*.

^{ab} citatum *VL*.

^{ac-ac} super et *MK₂*. ^{ad} evadat *VL*.

^{af} *Brak w MK₂*.

^{ah} *Brak w MK₂*.

^{ah} redimuntur *MK₂*.

^{rvmowanye} *MK₂*.

¹ Por. wyżej w niniejszym wydawnictwie, nr II — sejm piotrkowski 1496 r.

nos, sive per quempiam alium de consensu nostro redimantur, debet esse sex septimanarum a tempore positionis ipsius citationis^{ai}.

[3]. De abbatibus et praepositis.

Frequentibus magnisque petitionibus atque clamoribus subditorum nostrorum permoti, cernentes omnia monasteria ferme in regno nostro, ex munificentia et liberalitate, non solum antecessorum nostrorum Poloniae regum atque principum, sed etiam baronum et nobilium facultatibus, bene dotata esse, et nunc quoque nobilitatis favore plurimum indigere, carentes etiam de nova dogmata ex Germania ad regnum nostrum, praesertim vero ad quaedam monasteria in ditionibus nostris, per homines nationis illius inferantur, et ne monasteria ipsa, quae iam magna ex parte desolata cernuntur, ad interitum ob defectum personarum devenant, statuimus, ut deinceps futuris perpetuis temporibus nemo in abbatem cuiuscunq; monasterii in regno nostro, aut etiam in praepositum eligi debeat, aut possit, nisi qui sit natione Polonus². Hac cautione adiecta, ut si in eodem monasterio aliquis ex nobili genere procreatus et idoneus monachus reperiatur, in abbatem ante alias eligi et recipi debeat, atque per nos loci ordinario praesentari. Ubi vero nullus nobilis idoneus in eodem monasterio reperiretur, tum ex alio monasterio eiusdem ordinis et religionis vir nobilis et idoneus erit deligidens seu postulandus. In defectu autem nobilis idonei, licitum erit et liberum plebeum idoneum natione Polonum in abbatem eligere, de cuius idoneitate et natione loci ordinarius episcopus per nos litteras suas certiores reddet, ut sciamus, quam et qualem ei praesentare debeamus.

[4]. De notariis terrestribus.

Decernimus omnino habere volentes, ut constitutiones de notariis terrestribus dudum^{aj} editae³, iam exnunc debitam per omnia executionem habeant et accipiant, atque futuris temporibus dispositio illarum in omnibus servetur et manuteneatur.

[5]. De captivatione nobilium in civitatibus.

Statuimus, ut nobiles secundum statutum Thorunii^{ak} editum⁴, pro admisis criminiibus in civitatibus et oppidis captiviventur. Et qui officio capitaneali digni poena videbuntur, in civium potestate relinquantur. Qui vero iudicabuntur ab officio capitaneali utcunque civibus dissentientibus, poenam non promeruisse, in custodiam officii castrensis tradi debent, usque ad cognitionem nostram super eiusmodi^{al} detentorum excessibus faciendam. Quodsi nos decreverimus aliquem iniuste detentum esse, eumque per sententiam nostram liberum fecerimus, cives pro huiusmodi iniusta detentione poenam detento sexaginta marcarum pecuniae solvere tenebuntur, sintque astricti.

[6]. Statuti autem formula, Thoruniae per nos anno M.D.XX^{am} editi, in haec verba sequitur⁵.

Quia nobilium et civitatum regni nostri damnsa fuit exorta differentia super his nobilibus, qui in recenti criminis pro violentia in civitatibus et oppidis capiebantur, proinde nos tam gravi negotio ad praesens, propter Prussiae bellicam occupationem pro perpetua ordinatione^{an} intendere non valentes, nihilominus providentes tranquilitati subditorum nostrorum, de unanimi consilio consiliariorum nostrorum omnium et nuntiorum terrestrium regni statuimus et ordinamus, quod dum aliquis nobilis in civitate nostra vel^{ao} oppido nostro aut aliquorum spiritualium et saecularium, subditorum regni nostri, pro criminis violentiae per officium civile captus fuerit, extunc talis nobilis pro violentia captus detineri debet in praetorio civitatis vel oppidi ubi capiatur. Quo facto officium civitatis vel oppidi illius, ubi talis violator captus fuerit, nullum penitus

^{ai} Brak w MK2. ^{aj} Brak w VL. ^{ak} Toruniae MK2. ^{al} huiusmodi VL. ^{am} millesimo quingentesimo vigesimo MK2; 1520 VL.
^{an} coordinatione MK2. ^{ao} et VL.

² Por. wyżej, nr XIX, I, pkt 19 — sejm walny piotrkowski 1511 r.: De suscipiendis Polonis in monasteria.

³ Por. wyżej nr XVII, I, pkt 20 — sejm walny piotrkowski 1510 r.; nr XIX, I, pkt 20 — sejm walny piotrkowski 1511 r.; nr XXVII, I, pkt 3 — sejm walny piotrkowski 1519 r.; nr XXXII, II, pkt. 49, 51, 52 — sejm walny piotrkowski 1523 r.

⁴ Por. wyżej, nr XXVIII, I, pkt 3 — sejm walny toruński 1519 r.

⁵ Jest to powtórzenie konstytucji toruńskich z 1519 r.

iudicium faciet, nec aliquam poenam exiget de eodem nobili, nisi prius ad eorum requisitionem capitaneus vel vicecapitaneus castrensis illius iurisdictionis nostraræ regalis, sub quo talis civitas vel oppidum situm fuerit, praesens interfuerit, eidem civili iudicio, quod ministrari et fieri debet pro violentia contra dictum nobilem. Et ubi capitaneus vel vicecapitaneus noster ad unam sententiam cum officio illius civitatis vel oppidi, ubi talis nobilis detenus fuerit concordati fuerint, ex tunc praefatus nobilis iuxta huiusmodi sententiam capitanei nostri, aut eius vicecapitanei et officii civilis, condemnari et puniri debet. Si vero talis capitaneus noster, vel eius vicecapitaneus non poterit se concordare super sententiam cum officio civili, contra tales nobilem, extunc ipse captivus interea temporis in decenti captivitate civili detineri debet, tamdiu donec a Maiestate nostra regia informationem capitaneus noster et illa civitas vel oppidum habuerit, quomodo talis nobilis captivus sententiari et puniri deberet, praescriptione tanta temporis non obstante, qua se predictus captivus tueri non valebit. Si vero in aliqua civitate vel oppido officium civile contra praemissa aliquid attentaverit, extunc per capitaneum nostrum castrensem sub cuius iurisdictione et districtu talis civitas vel oppidum consistit, proconsul pro tempore existens, cum uno consule, capi et decollari et capite privari debent.

[7]. De inhibitionibus.

Volumus, ut nullae in posterum inhibitiones ad iudicia dentur, fiatque in hoc exsecutio statutorum regni nostri, et his qui huiusmodi litteras in iudicium produixerit, poena quattuordecim marcarum parti adversae puniatur. Similiter iudices tam terrestres quam castrenses huiusmodi litteris inhibitionum in praeiudicium partium parentes et locum dantes, quattuordecim marcarum poena plectantur. Exceptis causis eorum, qui in servitiis reipublicae, puta legationis, aut ubi aliquis per nos exercitui contra hostem nostrum etiam extra regnum praefectus fuerit, quorum causae ad unius anni spatium, si tanto tempore fuerint in servitio nostro, suspensi poterunt, iussu aut declaratione nostra, per litteras iudicio facienda.

[8]. De iudicio occisorum et vulneratorum in civitatibus et oppidis.

Decernimus, ut deinceps secundum antiquas regni nostri constitutiones de occisis seu vulneratis nobilibus aut eorum kmethonibus, in omnibus^{ap} civitatibus et oppidis nostris regiis, spiritualiumque et saecularium dominorum^{aq}, non iudicium civile, sed terrestre et Polonicum servetur et locetur⁶. Ubi vero civile ius fuerit a civibus in hac re servatum, poena quattuordecim marcarum pecuniae, cives ipsi parti solventes puniatur, iure terrestri^{ar}-totiens^{ar} opus fuerit peremptoriae exigenda.

[9]. De palatinorum, vicepalatinorum ac civium negligentia super taxatione rerum.

Consentientibus regni nostri ordinibus, decernimus, ut de rebus in civitatibus et oppidis taxandis, palatini ipsi dispositioni statutorum omnino satisfaciant, et quam hactenus admittebant, nullam deinceps in hoc^{as} committant negligentiam. Nam alioquin liberum erit unicuique negligentiam palatini^{at-nobis} deferre^{at}. Ubi vero ignorantie palatino per negligentiam vicepalatini, taxatio rerum predicta intermitteretur^{au}, palatino debet deferriri vicepalatini negligentia. Verum si palatinus sciens eiusmodi negligentiam committi, officium suum in ordinem non redegerit, resque non taxaverit pretio illis constituto, citatus ex officio peremptoriae, poenam centum marcarum pecuniae luere debet, cuius medietas pro fisco regio, alia vero pro parte instigante spectare debet. Ubi vero constitutioni palatini, cives vel oppidanii quicunque contravenientes, plus ab aliquo emente extorserint, citati pro hac iniuria si erunt civitatum nostrarum incolae, ad palatinum loci illius, vel eius vicesgerentem, poenam quattuordecim marcarum pecuniae luent et succumbent, si per actorem fuerint convicti. Si autem spiritualium, baronum vel nobilium subditi fuerint, ad eorum dominos vel ipsorum locum tenentes citati et rei in hac parte reperti, condemnari in poena quattuordecim marcarum, ^{av}-totiens^{av} in oboedientia predicta convicti fuerint, debebunt. Quodsi palatinus loci ad querelam huiusmodi, iustitiam ministrare cum civibus et oppidanis neglexerit, citatus ex officio, poenam centum

^{ap} Brak w MK₂. ^{aq} dominorum omnibus MK₂.
deferre nobis. ^{au} intermitetur VL. ^{av}-^{av} toties quoties VL.

^{ar}-^{ar} toties quoties VL. ^{as} hac VL. ^{at-at} W VL

⁶ Por. wyżej, nr XXVIII, I, pkt 3 — sejm walny toruński 1519 r.

marcarum modo praemisso luere debet. Domini vero spirituales et saeculares, in simili casu iustitiam ministrare negligentes, pro non administrata iustitia, citati ad ius terrestre peremptoriae, poena quattuordecim marcarum pecuniae puniantur, cuius media pars iudicio, alia ^{aw}-parti actoreae^{aw} cedere debet.

[10]. De nundinis civitatum et oppidorum.

Innitentes priori statuto decernimus, ut libera sit venditio rerum omnium, per talenta et ulnas, in nundinis civitatum et oppidorum, praesertim in Leopoliensi, Lublinensi, Posnaniensi^{ax} et^{ay} Varscheuiensi^{az} civitatibus, et in aliis omnibus in regno consistentibus. Quodsi civitates ipsae praemissis contravenerint, citatae ad praesentiam nostram, praemissorum occasione, ubique fuerimus constituti peremptoriae, in poena centum marcarum ubi aliqua earundem ad minus tribus testibus convicta fuerit, irremissibiliter eandem^{ba} condemnabimus; cuius medietas pro fisco nostro regio, altera vero pro parte instigante spectare debet. Huiusmodi vero libertas incipere debet, a ^{bb}proximo festo^{bb} sancti Ioannis Baptistae [24 VI 1538].

[11]. De profugis kmethonibus.

Statuta de arrestatione kmethonum, neminem ad sui observationem deinceps stringere debent, sed antiquiora de repetendis fugitivis kmethonibus, sine arrestatione in robore conservamus⁷. Hoc idem ius ad filios colonorum et famulos seu servitores fugitivos, per dominos repetendos, extendimus.

[12]. De expeditione bellica.

Bellicam expeditionem generalem, nonnisi deliberate et ex legitimis rationibus et causis ac necessitate publica, futuris temporibus instituimus^{bc}, secundum dispositionem statutorum, praemissis generali et particulari conventibus. Cum vero expeditio bellica fuerit instituta, ad illam immutandem, conventiones indici non debent, ne cum ex decreta et publicata expeditione, preparationem ad bellum nobiles fecerint, si eodem tempore contribuere cogerentur, duplici sumptu onerentur.

[13]. De Iudeis.

Statuimus inviolabiliter observandum, Iudeos teloneis quibuscumque praefici non debere neque posse, indignum et iuri divino contrarium censentes, eius generis homines aliquibus honoribus et officiis inter christianos fungi debere.

Ceterum pignora debebunt inscribere in libros, secundum statutum nostrum, Cracoviae in conventu regni^{bd} generali anno Domini^{be} MDXXXII^{bf} aeditum⁸.

Quoniam vero nimia furum licentia et pluralitas, eo maxime crevisse videtur, quod fures ipsi habeant rerum furto ablatarum, apud Iudeos tutam venditionem. Cui malo ut obviari possit, ex consilio senatorum regni nostri et postulantibus nuntiis terrarum, decrevimus decernimusque, ut si Iudei pro re furtiva ad se delata, evictorem statuere non possent aut nolent, in iudicio ad hoc citati, poena furcae ipsi, ut culpae participes et conscici puniri debent.

Volumus praeterea, ut Iudei non habeant liberam ^{bg}-mercandi in omnibus^{bg} rebus^{bh} facultatem. Sed modum per nos statuendum in mercimoniis ad victimum quaerendum, ubique in regno nostro teneant et diligenter observent. Atque etiam pacta et conventiones, quas cum nonnullis civitatibus maioribus regni nostri habent^{bi}, in toto teneant.

Et quoniam Iudei relicto veteri instituto, projectis signis, per quae a christianis dignoscabantur, vestitum christianis per omnia similem sumpserunt, ut inter christianos dignosci non possint. Statuimus perpetuo observandum, ut omnes et singuli ubique in regno nostri Iudei, signa, hoc est *bireta*^{bj} aut capellos, seu aliud capitum tegumentum, coloris glauci alias *zólte*^{bk}, ubilibet locorum deferant. Viatoribus exceptis, per viam enim et itinera licebit illis signa huiusmodi deponere aut^{bl} occultare.

^{aw-aw} actoreae parti *VL*. ^{ax} Poznaniensi *MK₂*. ^{ay} *Brak w VL*. ^{az} Varsowieni *MK₂*; Warsaviensi *VL*. ^{ba} eam *MK₂*.

^{bb-bb} *W MK₂* festo proximo. ^{bc} instituemus *MK₂*. ^{bd} *Brak w MK₂*. ^{be} *Brak w MK₂*. ^{bf} millesimo quingentesimo trigesimo secundo *MK₂*; 1532 *VL*. ^{bg-bg} in omnibus mercandi *MK₂*.

^{bh} *Brak w MK₂*. ^{bi} habeant *VL*. ^{bj} byretha *MK₂*. ^{bk} zolthe *MK₂*. ^{bl} et *MK₂*.

⁷ Mowa tu o przywilejach nieszawskich 1454 r., por. wyżej, nr II, pkt 29 oraz o statutach piotrkowskich Jana Olbrachta z 1496 r., ibidem, pkt 47. Zob. też, nr XI, II, pkt 12-16 — sejm walny radomski 1505 r.

⁸ Mowa tu o konstytucjach sejmu walnego krakowskiego 1531/1532 r., por. wyżej, nr XLI, I.

Quodsi quispiam ex Iudeis uti transgressor huius legis, non deferens capit is tegmentum glauci coloris, palatino loci aut eius vicepalatino, seu iudici secundum morem terrae cuiuslibet delatus, et ibi^{bm} convictus fuerit, solvere cogatur, toties quoties constitutioni contravenerit praesenti, unius floreni poenam, cuius medietas palatino seu vicepalatino, seu iudici, et alia medietas instigatori cedere debet.

Quia etiam ad providendum securitati eorundem Iudeorum et ad compescendam^{bn} licentiosorum audaciam, eisdem Iudeis, in aliquibus locis contulimus vadia, ad magnas summas se extendentia, quae quidem non ad singulares et privatas personas, sed duntaxat ad communiteatem, aut aliam multitudinem civilem per conspirationem, tumultum et seditionem, ad perniciem et interitum Iudeorum excitatam, extendi debere volumus et declaramus.

Item cum christianis iura regni mercaturas et fora in villis facere prohibeant, multominus hoc Iudeis licere censemus, immo sub gravissimis poenis, ne talia audeant, eis interdicimus et prohibemus, sub ammissione rerum omnium, iuxta antiquum statutum confiscandarum⁹.

[14]. De civibus bona hereditaria possidentibus.

Antiquis constitutionibus praedecessorum nostrorum innitentes et^{bo} subditorum nostrorum petitionibus permoti decernimus, ut cives et plebei, secundum statutorum prohibitionem, bona hereditaria terrestria deinceps non emant, et inscriptiones quae in iudicis terrestribus illis super hoc^{bp} factae fuerint, sint ipso facto nullae¹⁰. Index vero inscriptionem admittens, poenam centum marcarum incurrat ab eo ex officio exigendam.

Bona autem quae haec^{bq} cives ipsi^{bq} possederunt et possident, tenebuntur infra tempus quattuor annorum, illa cuicunque voluerint nobili et indigenae regni vendere, sub ammissione eorundem bonorum, quae modo praemisso per nos vendi, et^{br}-pecuniae pro defensione regni converti^{br} debebunt. Ita tamen, quod ea bona, ad hunc modum vendita, poterint^{bs} proximiores eorum nobilium, qui ea^{bt}-vendiderant et alienaverant^{bt}, pro eadem summa, pro qua vendita erunt^{bu} infra annum, a tempore venditionis factae redimere. Hoc tamen extendi non debet ad civitates et communites earundem, quae bona hereditaria terrestria, vigore privilegiorum antiquorum, in commune obtinent. Secus de privilegiis, quae ante statutum Ioannis Alberti regis concessa sunt.

[15]. De colloquiis generalibus celebrandis.

Statuta de colloquiis generalibus celebrandis, in exequutionem ponere et^{bv} illa exequi, per edicta nostra mandabimus¹¹.

[16]. De novis constitutionibus.

Constitutiones novas nonnisi cum consiliariorum nuntiorum terrarum consensu, secundum statutum Alexandri regis faciemus¹².

[17]. De officiis cancellariae.

Officia cancellariae nostrae, secundum statuta regni nostri ad hoc aedita^{bw}-deinceps futuris temporibus^{bw} distribuemus.

[18]. De plebeis et cortisanis.

Statuta de numero plebeiorum ad ecclesias cathedrales recipiendorum^{bx} et de pensionibus

^{bm} ubi VL. ^{bn} compescendum VL. ^{bo} Brak w MK₂. ^{bp} haec VL. ^{bq-bq} ipsi cives MK₂. ^{br-br} pro defensione regni pecunie converti MK₂. ^{bs} poterunt MK₂. ^{bt-bt} vendiderunt et alienaverunt VL. ^{bu} erant MK₂, VL. ^{bv} Brak w VL. ^{bw-bw} deinceps futuris temporibus MK₂; futuris temporibus deinceps VL. ^{bx} suscipiendorum MK₂.

⁹ Por. wyżej nr XI, IV — sejm walny radomski 1505 r.: Alexander rex inseri mandat privilegium Iudeorum, concessum olim a Boleslao duce.

¹⁰ Jest to odwołanie się do przepisu statutów piotrkowskich Jana Olbrachta z 1496 r. Por. wyżej, nr II, pkt 69: De civibus et plebeis oppida et bona alia in iure terrestri non possessuris.

¹¹ Szlo tu raczej o zwyczaj, a nie o przepisy dotyczące zwoływania sejmików generalnych. Por. W. Uruszzak, Sejm walny koronny, s. 124–126.

¹² Por. wyżej, nr XI, I, pkt 1 — sejm walny radomski 1505 r.: De non faciendis constitutionibus sine consensu consiliariorum et nuntiorum terrestrium.

submovendis^{by}, ac de poena contra cortisanos aedita¹³, quotiens opus fuerit exequemur et expeditioni debitae demandari faciemus. Quodsi aliquis contra dispositionem statutorum aliquid iure cortisanico obtineret, proscriptus seu bannitus^{bz} ipso facto et bona ipsius iuxta statuta confiscentur. Si vero metu poenae praefatae cedit^{ca-liti}, iuri^{ca} et causae, nihilominus ad solutionem damnorum et impensarum ei, contra quem iure cortisanico egit, teneatur et sit adstrictus. Damnum vero et expensae, iuramento petentis probabuntur.

Ceterum, quia aliqui ex subditis nostris, iam a multis annis Romae agunt, et in regno nostro non pauca sacerdotia, curam^{cb} etiam animarum^{cb} habentia possident, eaque plurimum negligunt, et alias hic in regno manentes, quieti et divinis obsequiis deditos, citationibus ad Romanam curiam evocant, litibus involvunt et varie divexant. Quorum licentia et libido non levem in animis subditorum nostrorum perturbationem excitavit^{cc}. Ideo petitionibus nuntiorum terrarum et clamoribus aliorum subditorum nostrorum permoti, et pene coacti, statuimus omnes huiusmodi cortisanos ex urbe Romana^{cd} ad regnum nostrum et ad^{ce} sacerdotia, quae obtinent revocandos esse, et ubi revocati per nos infra praefinitum tempus non redierint, proscripti et infames censeantur. Neque illis^{cf} redditus pateat deinceps^{cf} ad patriam.

[19]. De limitibus bonorum hereditariorum cum regalibus.

Petitionibus subditorum nostrorum inducti, permittemus, ut in arbitrio sit subditorum nostrorum, petere et obtainere a nobis confirmationem, super^{cg} limitum aeditis^{cg} a quinque commissariis, per nos secundum^{ch} statuti tenorem^{ch} deputatis¹⁴. Quae quidem litterae, quibus commisio et mandatum nostrum fuerit insertum, et sigilla commissariorum apposita, auctoritatem et robur perpetuum obtainere debebunt, etiamsi nulla^{ci} desuper interveniat^{ci} confirmatio nostra.

Ceterum ad tollendas difficultates in faciendis limitibus, statuimus ut commissarii^{ej} nostri, Deum solum prae oculis habentes, nulli partium favendo^{ck}, conspectis in primis signis metalibus et rei veritate diligenter investigata, tam ex senum^{cl} etiam, si^{cl} opus fuerit, iuratorum testimonii, quam aliis possibilibus iudiciis, limites inter bona nostra regalia et hereditaria, pro arbitrio et conscientia sua constituant.

Liberum erit etiam unicuique litteras commissariorum super limitibus, ad libros cancellariae nostrae inducere, quas casu vel necessitate postulante, cancellarii nostri sine ulla difficultate, sicut inscribere, ita etiam describere, et litteras potentibus eiusdem tenoris sub sigillo nostro, una tantum sexagena pecuniae pro eis accepta, sine ulla difficultate dare debebunt et tenebuntur.

[20]. De incompatibilibus.

In collatione dignitatum et officiorum statuta regni deinceps observabimus¹⁵, ita quod dignitarios in capitaneos loci illius non praeficiemus, praesertim cum iuribus regni provisum sit, ut nullus castellanus vel palatinus illius terrae, capitaneatum in quo iudicia celebrantur, obtineat. Proinde quicunque ausus fuerit aliquid accipere, contra praesentem ordinationem et antiquam regni constitutionem, ubi monitus in conventione generali, aut particulari, huiusmodi dignitatem aut officium resignare neglexerit, infamis sit ipso facto.

^{by} summovendis MK₂. ^{bz} bannitus sit MK₂.

^{ca-ca} iuri, liti MK₂. ^{cb-cb} animarum etiam MK₂.

^{cc} excitabit MK₂. ^{cd} Roma [sic] MK₂. ^{ce} Brak w MK₂, VL. ^{cf-cf} deinceps redditus pateat MK₂. ^{cg-cg} editis limitum VL.
^{ch-ch} tenorem statuti VL. ^{ci-ci} desuper interveniat MK₂. ^{dj} consiliarii VL. ^{ek} faventes MK₂. ^{el-el} si etiam MK₂.

¹³ Por. wyżej, nr II, pkt 54, statuty piotrkowskie 1496 r.: De plebeis ad maiores ecclesias non recipiendis, oraz pkt 55: De numero pleborum ad ecclesias recipiendorum. Numer XI, I, pkt 11 — sejm walny radomski 1505 r.: De numero pleborum ad ecclesias cathedrales suscipiendorum; pkt 12: Statuta ecclesiarum, seu de plebeis [...]; pkt 20: De impenetrantibus beneficia iuris patronatus. Numer XVII, I, pkt 26 — sejm walny piotrkowski 1510 r.: De beneficis per plebeos non acceptandis. Numer XLI, I — sejm walny krakowski 1531/1532 r., konstytucja rozpoczynająca się od słów: Cum magna pars reipublicae nostrae. Numer XLVI, IV — sejm walny krakowski 1536/1537 r.: Mandatum contra cortisanos.

¹⁴ Por. wyżej, nr II, pkt 80, statuty piotrkowskie Jana Olbrachta z 1496 r., oraz nr XIX, I, pkt 22 — sejm walny piotrkowski 1511 r.

¹⁵ Jest to powołanie przepisu o incompatibiliach z przywileju czerwińskiego 1422 r., VL, t. I, s. 83.

Praeterea pollicemur, quod iuxta privilegium Vladislai^{cm} Jagellonis folio LI^{cn} quando dignitates vacare contigerit, nulli extraneo terrigenae, nisi nobili illius terrae, in qua dignitas huiusmodi vel honor vacaverit, terrae videlicet Cracoviensis, terrigenae Cracoviensi, Sandomiriensis terrae^{co}, Sandomiriensi et in Maiori Poloniae terrigenae^{cp} Poloniae Maioris^{cp}, et sic in singulis terris Regni Poloniae deinceps dabimus et conferemus¹⁶.

Ad evitandas vero fictiones, quae de possessione habenda evenire solent, statuimus deinceps observandum, quod dignitates, capitaneatus et alia omnia^{cq} officia terrarum, non aliis conferri possint et debeant, nisi illis, qui ante hac haberent non fictam aut coloratam, sed realem, veramque bonorum hereditariorum possessionem, in illa terra in qua dignitas vel capitaneatus vacaverit, si ad illa assequenda abilis^{cr} esse voluerit.

[21]. De motione^{cs} a iudicio castrensi.

Quia non infrequenter accidere solet, quod^{ct} ob longam capitanei absentiam a capitaneatu, vel alias ob causas, homines in iudicio castrensi gravati, in assecutione iustitiae negliguntur aut retardantur, decernimus, ut deinceps in causis iudicii, a iudice castrensi obmissso capitaneo ad conventionem^{cu} generalem, iuxta priora statuta motio fiat. Ab officio vero in causis officii, simpliciter ad nos iudex castrensis moveatur.

[22]. De alienigenis.

Nulli deinceps aeviterno tempore alienigenae^{cv} aliqua castra et dignitates regni concedemus, neque successores nostri concedant, et quicunque contra praesentem constitutionem aliquod officium seu dignitatem obtineret, et monitus quae obtinet non resignaverit, bona ipsius confiscari, et ipse infamis effici debet.

[23]. De libris seu regestris cancellariae.

Quoniam magno detimento afficerentur, permulti regni nostri subditi, ubi libri seu regestra cancellariae, quibus magni momenti privilegia, et alia hominum iura et munimenta fideliter inscripta sunt, suscepta aut fide carentia censeri debeant, sicuti hactenus pro varietate opinionum putatum est, et ab aliquibus desideratum, ut abolerentur et casserentur. Nos itaque volentes quosdam metu non admodum necessario liberare, in praesenti conventu decrevimus neminem ex subditis nostris debere aut posse inquietari, molestari aut etiam periclitari super bonis quibuscumque quae^{cw} per litteras et^{cx} ex libris cancellariae nostrae sumptas et descriptas^{cy} quod fuerint regalia, probari possent^{cz}, tales enim litteras quo ad eum effectum, molestandi aliquem ex subditis nostris, nullius roboris et momenti esse volumus et decernimus.

Ceterum ut deinceps futuris temporibus libri ipsi cancellariae nostrae, tanto diligentius et scribantur et serventur. Volumus et firmiter decernimus, ut cancellarius et vicecancellarius regni nostri, ipsi soli libros eosdem in sua custodia diligenter adservent, habeantque semper unum vel duos notarios vel scribas iuratos, qui omnia privilegia, decreta, recognitiones et alia quae ad necessitates et securitates hominum coram nobis^{da} fiunt, et sub sigillis nostris concedentur, sincere et fideliter in libros huiusmodi seu regestra deinceps inscribant.

Quodsi aliquis subditorum nostrorum casu aliquo adverso aut fortuito litteras a nobis emanatas, et libris cancellariae nostrae inscriptas perdiderit, ammiserit aut alioquin vitiatas habuerit, officiales cancellariae nostrae tenebuntur et debebunt^{db} omnibus, talibus, cum petierint sine ulla difficultate et renitentia^{db} alias litteras ex libris nostris non mutato priori tenore descriptas, sub sigillo nostro dare et extradere.

Verum ubi litterae ex libris cancellariae extractae, allegarentur suspectare, regestrisque seu libris cancellariae comprobari propter antiquitatem non possent, tum iuramento producentis, ut moris est, comprobari debent.

^{cm} Wladislai MK₂. ^{cn} 60 VL. ^{co} terrigenae VL.

^{cp-cp} Maioris Poloniae MK₂. ^{cq} Brak w VL.

^{cr} ab illis MK₂. ^{cs} appellacione MK₂. ^{ct} quod vel MK₂. ^{cu} conventum VL. ^{cv} alieniene [sic] MK₂. ^{cw} Brak w VL. ^{cx} Brak w MK₂. ^{cy} descriptas, quibus VL. ^{cz} posset VL. ^{da} Brak w VL. ^{db-db} Brak w VL.

¹⁶ Jest to powołanie przepisu zawartego w przywileju jedlneńskim 1430 r., VL, t. I, s. 90.

[24]. De litteris ex libris terrestribus extractis.

Ad praeccludendam viam dolis in detrimentum hominum excogitatis, decernimus ut litterae ad libros terrestres inscriptae et postea ex libris denuo descriptae, non aliter in iudiciis faciant fidem, nisi cum originales fuerint productae.

[25]. De novis tribunatibus.

Decernimus, ut novi tribunatus, quicunque sunt a nobis ubilibet instituti, non diutius quam ad mortem modernorum possessorum durent, quibus ex hac vita sublatis. Tribunatus quoque ipsi extincti censeantur. Novos deinceps nulos constituemus, et antiquos bene meritis, aut emeritis militibus conferemus.

[26]. De referendariorum.

Referendariorum nostri quaerelis tantummodo et non iudiciis, secundum statuta regni intendere debebunt¹⁷, neque se deinceps iudiciis saecularibus immiscere poterint, praeterquam in praesentia nostra, quando ipsi causis cognoscendis interfuerimus personaliter, nobiscum enim^{dc} assidere et consilia dare poterint, quod etiam iuxta statutorum tenorem, semper sumus designaturi, vacatione occurrente. Iudices autem et subiudices terrarum causas audient et iudicabunt in curia nostra, iuxta statutorum^{dd} Casimiri Regis¹⁸ fol. X^{de}.

[27]. Ne spirituales iudiciis saecularibus se immisceant.

Petitionibus nuntiorum terrestrium permoti et ad sopiaenda odia, quae adversus ecclesiasticos viros, ob quorundam insolentiam apud saeculares excitari contingit, statuimus, ut ecclesiastici viri beneficiati, aut sacerdotes non se immisceant, deinceps iudiciis saecularibus, neque causas procurent et permovereant saecularium personarum. Neque officia notariorum aut vicenotariorum in saecularibus iudiciis obeant, ad quod^{df} per iudices terrestres non admittantur, exceptis causis propriis, aut aliarum spiritualium personarum, in quibus agendis procurandisque liberam habeant ubique^{dg} facultatem. Verum capitaneis licebit habere notarios spirituales, quandoquidem ipsi pro excessu notariorum respondere tenebuntur et erunt adstricti. In iudiciis autem nostris in praesentia nostra, dum ipsi personaliter iudicio interfuerimus, licebit spiritualibus personis nobis assidere^{dh}, et consilia praestare.

[28]. De dignitatibus et officiis.

Quia dignitates et officia post conventum proxime praeteritum¹⁹, iuxta antiquam consuetudinem, per nos collata, non licet nobis abrogare et ab eis quibus collata sunt, amovere et auferre, quod talis deturbatio et degradatio personarum insignum, nomini eorum notam iniureret, essetque intestini odii et dissidii, non leve incentivum. Ideo in futurum dum vacabunt, per cessum vel decessum praesentium possessorum, secundum statuta regni nostri, futuris temporibus illa personis idoneis conferemus.

[29]. Ut omnes servant bellicam expeditionem.

Cavebimus deinceps nos et posteri nostri, ne aliquem qui ad obeundum servitium bellicum de iure esset obligatus, ab expeditione bellica generali, liberum et exemptum faciamus, praeter aegrotantes senio confectos, et in necessitate reipublicae existentes, et praeter vicecapitaneos eorum locorum, ubi sunt iudicia, et in limitibus regni arcibus praesidentes.

[30]. De advitalitatibus.

Advitalitatum litterae, a nobis concessae per omnia, secundum earum tenorem, per nos servabuntur.

^{dc} Brak w MK₂. ^{dd} statutum MK₂, VL. ^{de} fol. 6 VL. ^{df} quos VL. ^{dg} Brak w VL. ^{dh} assistere VL.

¹⁷ Mowa tu o referendarzach wspomnianych w konstytucji sejmu koronacyjnego krakowskiego 1507 r. Por. nr XIV, I, pkt 18: Ut in curia regia duo sint iurisperiti, qui querelas audiant.

¹⁸ Zacytowano tu statut Kazimierza Wielkiego: De iudicibus cuiuslibet terrae ad curiam regis venturis (VL, t. I, s. 6).

¹⁹ Jest to powołanie się na generalne zatwierdzenie przywilejów. Por. wyżej, nr XLV, I-III — sejm walny piotrkowski 1535 r.

[31]. De bonis hereditariis.

Ad litteras et privilegia reponenda, super bonis quae hereditaria putata^{di} sunt, nemo cogi debet aut poterit, nisi in causis manifestis et claris, quando doceretur sufficienter, regalia bona omnino esse. Ubi vero res esset nimium antiqua, perplexa et^{dj} dubia, tum negotium tale et causam, non alibi, quam in conventu regni generali, cum consiliariis nostris iudicabimus.

[32]. De causis ad conventum generalem devolutis.

Consentimus ut causae, ad conventum regni generalem devolutae, duobus in septimana diebus, quarta scilicet et sexta feria, per nos deinceps cognoscantur et iudicentur. Et conclusione facta conventus, nemo postea in causis ad conventum devolutis, iudicare debet aut poterit.

[33]. De interpretatione privilegiorum.

Privilegia publica et privata non debent interpretatione aliqua, in aliud, quam sonant, sensum verti, sed ita, ut in suis tenoribus scripta sunt, et non aliter intelligi debent.

[34]. De prohibenda via in Hungariam et Slesiam^{dk20}.

Ad evitandas magnas insecuritates, iniurias et depredationes, quas subditi nostri ab incolis regni Hungariae et ducatus Slesiae annis superioribus incurrerunt, et adhuc sustinere coguntur, de^{dl} consensu omnium ordinum in hoc conventu congregatorum, interdicimus et severe prohibemus, ut nemo subditorum nostrorum ad Hungariam et Slesiam cum mercibus aut pro mercibus et rebus quibuscunque ire et proficisci aut inde ad regnum nostrum merces quascunque invehere audeat, sub ammissione rerum et mercium earundem. Relaxatio autem eiusdem occlusionis a nobis fieri non potest nisi in conventu regni generali. Verum permittimus, ut nobilitas et mercatores, boves, quos hac hieme aluerunt, extra regnum, ita ut prius usque ad festum Sanctae Trinitatis proximum [16 VI 1538], depellere possint et valeant.

Liberum tamen^{dm} erit, Hungariae et Slesiae incolis, cum rebus et mercibus quibuscunque, interea ad regnum nostrum venire et ex regno cum aliis quibuscunque rebus sine quovis^{dn} impedimentoo, ad sua redire, non obstante huiusmodi occlusione, quae duntaxat ad subditos nostros pertinere debet.

Haec autem prohibitio relaxari non debet per nos, ut supra diximus nisi in generali conventu regni, cum consilio ordinum, tum in conventu existentium.

Neque ulli subdito nostro, libertatis litteras, contra prohibitionem huiusmodi, ad Hungariam et Slesiam vel inde, cum rebus et mercibus comande et transeundi, concedemus, quas etiam concessas, effectu carere et res quascunque ab huiusmodi imperatoribus libertatis ductas, fisco nostro fore applicandas, volumus et decernimus.

[35]. De homicidiis.

Ad refrenandam licentiosorum^{do} hominum audaciam, ad necandos homines plus nimio promptam, de consensu senatorum regni et nuntiorum terrarum, statutum super delatione homicidarum, reassumendum et innovandum duximus²¹, illudque exequemur, ad decursum unius anni, eo adjuncto, quod homicidae delati et per nos ad poenam carceris condemnati^{dp}, poenam huiusmodi in fundo turris sustineant, ad unius anni et sex septimanarum decursum integre, a qua per nos absolvi et liberari non debent neque poterint, et capitanei locorum diligenter providebunt, ut homicidae non aliter, quam in fundo turris, poenitentiam peragant. Concordia etiam cum actore inita, nihil eos iuvante. Contrafuentes poena^{dq} centum marcarum parti actoreae solvenda multari, atque capitaneatu ipso privari per nos debebunt.

^{di} super putata MK₂. ^{dj} Brak w MK₂. ^{dk} Tu i czterokrotnie poniżej w VL: Silesiam. ^{dl} et MK₂. ^{dm} preterea MK₂. ^{dn} ullo MK₂. ^{do} licentiosam MK₂. ^{dp} huiusmodi condemnati MK₂. ^{dq} in poena MK₂.

²⁰ Por. wyżej, nr XXXV, I, pkt 25 — sejm walny krakowski 1527 r.; nr XXXVI, VII — sejm walny piotrkowski 1527/1528; Literae universales de occludendis itineribus ad Slesiam; nr XXXVIII, IV — sejm walny piotrkowski 1529/1530: Relaxatio prohibitionis itinerum in Slesiam.

²¹ Por. wyżej, nr XLI, VIII — sejm walny krakowski 1531/1532: Constitutiones novae de homicidiis.

[36]. De scultetis spiritualium.

Visum est, ut si probatum fuerit scultetus spiritualium teneri ad expeditionem bellicam, sculteti eorum sint obligati deinceps nobiscum in bellum proficisci, praeter eos qui privilegiis essent ab expeditione exempti et liberati. Quae privilegia domini spirituales, in synodo proxima, postquam praeterita, propter mortem domini archiepiscopi effectum sortita non est, se recensere promiserunt, et illa post modum in conventu generali regni, proxime post synodum futuro exhibebunt, ut ex illis fiat cognitio de immunitate scultetorum seu advocatorum, vel obligatione ad praestandam et sustinendam bellicam expeditionem.

[37]. De fugitivis ad Slesiam^{dr}.

Volumus, ut capitanei arcium finitimarum, rusticos omnes ex Polonia in Slesiam vel Hungariam fugientes, aut se conferentes, transire non permittant, sed eos contineant et arceant, secundum statuta regni nostri²².

[38]. De cerdonibus.

Prohibemus, ne cerdones, quicunque in regno nostro sunt^{ds}, cutes elaboratas, hoc est corium ab illis paratum, extra regnum nostrum, ad externas nationes mittant, aut externis evehendum vendere praesumant, sub ammissione eiusdem corii et poena nostra regali.

[39]. De equireis.

Interdictum esse volumus, omnibus et cuilibet, ne quispiam audeat greges equorum seu equireas extra regnum nostrum, ad externa dominia depellere, sub ammissione equorum huiusmodi, et poena nostra regia.

[40]. De motione iudicis.

Quia iudicium incuria et negligentia frequenter evenire solet, quod sententiae contra iuris et consuetudinis dispositionem ab eis feruntur, ad petitionem nuntiorum terrarum motionem iudicis, quae olim in usu fuit, et nunc quoque in Maiori Polonia servatur, in usum pristinum restituimus, ubique^{dt} in regno nostro servandam.

Verum, ne quis iudicem movens, ob ignorantiam formulae, ea in^{du} re servari solitae, in causa sua labatur et ruat^{dv}, eam hic voluimus adiungere.

Pars contra quam lata fuerit sententia seu decretum, per verba infrascripta, motionem faciet dicent: „Domine iudex, decretum hoc seu sententiam tuam, tanquam iniquam et iniustam, pro iure non suscipio, sed te moveo, ad conventum generalem regni, in proximo celebrandum”.

Motione hoc modo facta, ministerialis mox, sine quavis additione iudicii, diem iudicii sextam, in conventu generali proxime celebrando, ad comparendum, cum decreto seu sententia ab eo lata, assignare poterit et debebit.

Et haec omnia, puta motio et termini assignatio, debitae in acta iudiciorum, per iudicium et notarium inscribi debent. Reliqua vero in robore suo, secundum antiquum statutum²³ conservamus. Pars vero motionem faciens, non plus quam unum grossum pro iis^{dw} solvere tenebitur.

[41]. De securitate iudiciorum.

Ad praeccludendam viam audaciae hominum, qui ad iudicia, ubi summa pax et tranquillitas esse debet^{dx}, non solum ipsi armati, sed etiam magnis cateruis stipati, venire, atque ibidem in locis iudiciorum, non solum rixas^{dy} aut contentiones, sed etiam pugnas et^{dz} bellum facere praesumunt. Statuimus, ut in omnibus regni nostri locis, ubi iudicia aguntur, toto tempore iudiciorum atque ante iudicia octo diebus, et post aliis octo diebus, plena et omnimoda securitas fiat, ad ea ipsa iudicia^{ea} veniendi et in illis negotia sua curandi, domumque propriam tuto cuilibet redeundi. Quodsi quispiam huiusmodi libertatem et securitatem publicam, ^{eb} sub praescripto ^{eb} tempore, quomodocunque

^{dr} Tu i poniżej w VL: Silesiam. ^{ds} sint VL. ^{dt} ubicunque VL. ^{du} W MK₂ przestawiono: in ea. ^{dv} ruatur MK₂. ^{dw} his MK₂. ^{dx} deberet MK₂. ^{dy} littes MK₂. ^{dz} Brak w MK₂. ^{ea} Brak w VL. ^{eb} W VL: supra scripto.

²² Por. wyżej, przypis 20.

²³ Mocja obowiązywała w Małopolsce do kodyfikacji Formula processus z 1523 r.

et in quacunque persona violaverit, talis puniri debet non secus, quam si salvum conductum nostrum regium violaverit.

[42]. De non transponendis iudiciis proclamatis.

Ne subditi nostri in assequenda iustitia impedianter aut negligantur, statuimus ut iudicia terrestria, quae fuerint praeconis voce publicata, per palatinos locorum transponi in aliud tempus non debeat neque possint^{cc}. Ubi vero palatinus aut iudex seu alter officialis ea ipsa iudicia proclamata, ut non celebrentur, quomodo cunque sive transposuerit, sive aliter impediverit, talis poena centum marcarum pecuniarum puniatur, cuius medietas nobis, altera parti ea in re iniuriam sustinenti cedet.

[43]. De libris terrestribus servandis.

Decernimus, ut libri terrestres, ubique in regno nostro sub tribus clavibus, secundum statutorum dispositionem²⁴, in bona custodia serventur.

[44]. De capitaneis negligentibus exsecutionem rei iudicatae.

Quia capitanei in exsecutione rei iudicatae, solent esse negligentiores in detrimentum eorum, qui iustitiam habent, et sententiam obtinent, quibus providere volentes, decernimus^{ed} ut poenam statuti, ab huiusmodi capitaneo exsecutionem negligentem nobis debitam, pars actorea totam assequatur et habeat.

[45]. De falsitatibus et collusionibus.

Quia impunitas magna dedit hominibus in malum propensis ad falsitates et collusiones admittendas audaciam, ut non vereantur per summissas et subordonatas^{ee} personas, ut in iudiciis aut apud libros terrestres, certas recognitiones facerent nomine earum personarum quas saepe contingit longius abesse a loco iudicii, et^{ef} procurare in detrimentum et perniciem ignorantium. Quam licentiam refraenare volentes statuimus, ut omnes tales, ubi sufficienti testimonio convicti fuerint, ^{eg}-poena statuti^{eg} de invasione domus expressa puniantur.

Praeterea accidere frequentius solet, ut citati pro capite aut vulneribus, ad evitandam poenam pro capite aut^{eh} vulneribus debitam, viciissim actores, multis citationibus, pro vulneribus citare solent. Ad extirpandam igitur hanc impendienda iustitiae artem statuimus, ut vulneratus cruentis vel^{ci} lividis vulneribus, vulnera in recenti quamprimum potuerit^j officio^{ek} capitaneali, quod cunque proximus percuesso fuerit, aut iudicio terrestri illius districtibus ostendat et testata per se faciat quae sic ostensa, et eorum qualitas in acta castrensis aut terrestria, in terminis terrestribus illius districtus inscribantur et eo testimonio, velut authentico et sufficienti, actor reum, tuto et crita calumniam, in foro iudicij terrestribus mettertius, cum sibi similibus iurans, more antiquo, convincere poterit.

[46]. De iudiciis tempore proclamati conventus generalis.

Quoniam abusu quodam inolevit, iudicia terrestria non celebrari, mox ut litterae de conventu generali statuto emittuntur, quod fit cum magna iustitiae negligentia, proinde statuimus, ut deinceps futuris temporibus, non obstantibus litteris huiusmodi et conventus generalis publicatione, iudicia terrestria ubique^{el} celebrentur, usque ad conventum particularem, in unoquoque palatinatu institutum.

[47]. De citationibus et terminis post curiam.

Citationes et terminos, qui post curiam vulgo appellantur, non aliter dari et praefigi faciemus, quam iuxta statuta regni nostri super ipsis aedita.

[48]. De tollendis et amovendis contuberniis artificum in civitatibus et oppidis.

Frequentibus universae nobilitatis et eorundem nuntiorum, universorumque subditorum regni nostri querelis permoti, statuimus universa contubernia, quae et fraternitates artificum appellantur, omniaque inconvenientia in eis, in damnum et iniuriam subditorum regni^{em} nostri^{en} excogitata, in omnibus civitatibus et oppidis regni nostri tollenda et ammovenda esse, quemadmodum nos ea decreto nostro in hoc conventu sustulimus.

Mandamus igitur omnibus et singulis subditis^{eo} nostris, cuiuscunque status, gradus et

^{cc} possent MK₂. ^{ed} statuimus VL. ^{ee} subordinatas MK₂. ^{ef} Brak w MK₂. ^{ci} et MK₂. ^{ej} valuerit MK₂. ^{ek} Brak w VL. ^{el} ubicumque MK₂. ^{em} nostrorum Regni MK₂. ^{en} Brak w MK₂. ^{eo} Brak w VL.

²⁴ Por.: Constitutiones terrarum Prussiae 1506, CIP, t. III, nr 2, s. 2 oraz z 1511 r., ibidem, nr 29, s. 176.

conditionis existentibus, ut ea omnia et singula superius expressa in omnibus punctis, clausulis et articulis observent et manuteneant, quemadmodum sunt decreta et constituta sub poenis supra expressis. Et pro gratia nostra aliter non facturi. Datum Piotrkouiae^{op} in conventione generali, feria quinta ante dominicam Invocavit, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo [7 III 1538], regni vero nostri anno ^{cq}tricesimo secundo^{cq}. Ad mandatum Sacrae ^{er}-Regiae Maiestatis^{er} proprium.

III. ^a-CONSTITUTIONES PER SACRAM REGIAM MAIESTATEM IN CONVENTIONE GENERALI PETRICOVIENSI PRO DUCATU MASOVIAE FACTAE^a

Sigismundus, Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae ac Mazoviae etc. dominus et heres, manifestum facimus per praesentes, quod summis precibus consiliariorum nostrorum ac nuntiorum nobilitatis ducatus seu palatinatus Mazoviae permoti, ac promptis eorundem erga nos ac rempublicam regni nostri obsequiis acclinati, quo eosdem consiliarios ac reliquos omnes proceres, barones ac nobiles eiusdem palatinatus incolas et eorum posteros ad serviendum nobis et successoribus nostris propensiores et alacriores reddamus, eorum libertati infrascriptis constitutionibus et donationibus nostris consulere et providere dignitati sumus, ac per praesentes pro nostra regia benignitate ac munificentia ita constituimus et ordinamus.

[1]. De pontium et aggerum structura.

Inprimis eosdem nobiles incolas Mazoviae a pontalium atque aggerum structura seu publicarum viarum reparazione ubilibet in praefato ducatu absolvimus et liberamus, etiam eos, qui iure veteri videbantur ad huiusmodi onera esse astricti, praeter pontem in flumine Gacz, in terra et districtu Lomzensi et stratam per paludes eidem flumini adiacentes, quem pontem et stratam certi nobiles vicini, ut eis, quotiens opus fuerit, commodior transitus per dictos paludes pateat, ad aedificandum et reparandum sese ultro summiserunt; eos ipsos ita relinquimus, ut quemadmodum laborem ad dictum pontem et stratam impendere non gravantur, ita per haec transitum cum suis subditis sine ulla solutione liberum habeant.

[2]. De mellicidiis.

Mellificia etiam, quae illustres olim domini duces praedecessores nostri terram illam, ut frequentior incolis, nobilibus praesertim viris, efficiatur, distribuentes, pro se et thesauro suo ducali in fundis nobilibus locatis atque perpetuo donatis reservabant, quamvis iure optimo ad nos pertineant, et hactenus nobis proventus inde reddebantur, quia tamen nobilitas variis molestiis per mellicidas nostros per fundos eorum hereditarios discurrentes se affici querebantur, proinde nos pro nostra regia munificentia praefatos nobiles subditos nostros hac molestia liberando duximus, et per praesentes liberamus, ita, ut deinceps mellicidis nostris in fundis nobilitati donatis mel colligere non licet; ita tamen, quod praefati nobiles cum mellicidis pro labore eorum component, hoc excepto, quod si aliqui nobiles mellicidae fiant, et apisteria seu mellicidia in nemoribus et fundis nostris regiis habeant, illi nihilominus de huiusmodi mellificiis, quae in fundis et nemoribus nostris exercent atque obtinent, more veteri respondere et debitas dacias nobis reddere tenebuntur, secus de fundis propriis hereditariis.

[3]. De commensurationibus.

Saepe etiam nobilitas ducatus Mazoviae conquerebatur, se nimio plus gravari commensurationibus bonorum atque fundorum suorum hereditariorum, et ideo nos constituimus et ordinamus imposterum, ut quotienscumque aliquis nobilium ostenderit et docuerit, bona sua, quae ad certum numerum mansorum habeat, certis limitibus circumscripta et limitata esse, et limites illos per commisarios nostros vel praedecessorum nostrorum, illustrium olim dominorum ducum, legitime factos, aut scriptura, aut aliquo alio authenticō testimonio docuerit, vel si signa limitum vetustiora sint, quam ut memoria hominum doceri posset, qua auctoritate facta sint, et scriptura de illis nulla extaret, signa tamen illa per officium et commissarios nostros ad haec delegandos vera signa metalia esse recognoscerentur decernimus: ut amplius fundus ille sic limitatus commensurari non debeat, etiam si bonis nostris regalibus immediate adiaceat, alioquin, si limites illos auctoritate

^{op} Petricoviae VL. ^{cq-cq} trigesimo secundo MKz; 32 VL. ^{er-er} Maiestatis Regiae MKz.

^{a-a} Tytuł zaczepnięty został z VL, t. I, s. 536. W MRPS, cz. IV, vol. 3, nr 19045, s. 83 tytuł tego aktu brzmi: Constitutiones ducatus Masoviae, editae in conventu generali Petricoviensi.